



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Ioannis Andreæ Coppensteinii, Ordinis Prædicatorum  
Theologi & Parochi Heidelbergæ Castigatio Apologiæ  
Calvino-Catecheticæ**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Moguntiæ, 1626**

IV. An liceat Devm colere per imagines?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35247**

nes Christi & Sanctorum adorandas; iuxta Concilium Ny-  
cenum II. actione 7.3. Et adorandas eodem cultu, quo  
prototypum; iuxta Communem Theologorum con-  
fessum: Christi, latia, Deipara, hyperdulia, Sancto-  
rum, dulia.

1. Nos id omne negamus; vt 1. precepto prohibitum:  
Non adorabis ea: Neque coles: Exo. 20.5. 1. Quia Exem-  
plo erat Vitulus, Exo. 37. Fractio serpenti aenei, iusus  
Dei licet eredi, Num. 21. quem pie fregit Ezechias,  
2. Reg. 18. Quia adolebant ei incensum.

3. Ita & Gregorius, lib. 7. epist. 109. Ep. 9. epist. 9. licet  
imperito reprehendit Episcopum Massiliæ, quod i-  
magines fregisset; laudat tamen, quod adorari prohi-  
buisset. Ergo Pontificij manifestam committunt ido-  
lolatriam. Neque fas statuaris parare statuas idola-  
tris istis: Nosq; ca' umniantur, cum docere nos dicitur;  
Parare imagines simpliciter esse idololatriam; Quia  
parare licere afferimus; sed non ad cultum ullam; huc  
idololatricum dicimus.

4. Dicunt effugii gratia: Ipsi colimus Sanctos, no  
horum imagines. Falsum hoc: 1. quia Comuni Theolo-  
gorum contrarium dicit: 2. Ipsum hoc, adorare ali-  
os, præter Deum, est idololatricum: 3. Sic & ethnici  
sele excusabant.

5. Non processum eorum: 1. Gregorius dicit imagi-  
nes habendas in templis; non adorandas. 2. Concilium Ni-  
cenum II. adorandas; sed non latia. 3. Theologi, ad-  
orandas proprie, & per se, eademque adorationis spe-  
cie, qua prototypum.

R E S P O N D E O A D I. Liquido, & distincta  
ista singula enodauit Bell. lib. 2. de imag. c. 12. Imagi-  
nes Christi & Sanctorum recte colic. 21. Coli-  
perse, & propriè: c. 22. Non tamen culularia: c.  
23. Christi tamen imagines impropriè, & per  
accidens posse honorari cultu latræ: c. 24. Nulla  
vera per se, & proprie colendas cultu, quo  
prototypum. c. 25. Qui tamē cultus imaginibus  
per se, & propriè debetur, esse eum imperfectum,  
pertinereq; analogicè, & reductiuè ad speciem  
eius cultus, qui debetur exemplari. Hæc, inquā  
liquide docentur ab Bell. & distincta, & inuite:  
Sed eadem sic implicat Minister, inuoluit, mi-  
scet, remisceritque prima vñtimis, media vñrisq;:  
quo vñdecunq; sibi speciem conciliat probabi-  
litatis. In quo Boni Viri Candorem Vit Bonus  
nemo non iuxta mecum in eo desiderabit.

D I C O A D II. Nihil istorum est secundo Dia-  
logi prohibitum. Esse vero prohibita ea, do-  
cere incubit aduersariis. Minister docere videri  
cupit; sed non ferit scopum. Vt, Non Adorabis; non

Coles: cultu, inquam, latræ; sicut Vitulus, &  
Serpens aeneus adorabantur. Quid enim clarissimum  
(tua recipe verba) quid manifestius dici potest?

A D III. S. Gregorius vetuit adorari, la-  
treuticas inquam. Ergo (tua recipe verba) non  
idolatriam Pontificij; sed Calvinistæ manifestam  
committunt in nos Calumniam: In Deum iniu-  
riam, cum suis interdicunt statuaris, ne statuas  
nobis subministrent. Neq; Vos Cultum dunata-  
xat imaginum; sed has ipsas execramini, & exter-  
minatis. Hæcne tibi calumnia est & patebit ad  
quaest. 98.

A D IV. Liquet Ministri stropa, dolusq; ex  
responsione ad primum; dum (tua recipe verba)  
distincta confundit, ordinataque conturbat. 1. Theologi vero dicunt sanctos colédos proprie  
Dulia: imagines autem analogice & reductiue  
eodem genere cultus; sed improprie. Quæ hic  
contradiccio: Quod effugium? 2. Ipsum hoc ad-  
orare imagines improprie nulla est idololatria;  
sed Religio. 3. Ethnici, Dan. 5. laudabant Deos suos  
aureos. &c. Seq; eos excusasse, sicut nos, Ministri  
calumnia est. Vide Bellarm. lib. 2. cap. 13. de ima-  
gin. contra tuum Caluinum Institut. lib. 1. cap.  
11. §. 9.

A D V. Liquet processus noster ex respon-  
sione mea ad primum; non ex Ministri syco-  
phantia.

#### IV. An licet DEVM colere per ima- gines?

M INISTER cum suo Caluino negat. Suadet 1. Quia  
præceptum duo iubet; & Dei cultum; & Modum  
colendi, scil. in spiritu & veritate; ergo non per imagi-  
nes: Quippe quas expresse prohibuit: Non facies ibi  
sculptile &c. nos quidem omne sculptile; sed Usum in  
cultu diuino: Nam Neq; adores ea: sicut in vitulo pec-  
carunt Israelites.

2. Ethnici negabunt se ad imaginem ipsam diu-  
num honorem deferre: teste de Valentia, Aug. Arnobio,  
Clemente, Cassander ait, initio Euangelij inter  
Christianos vñs imaginum non fuit. &c.

R E S P O N D E O A D I. Si ista valeret con-  
sequentia; iam cætera omnia externa Cultus di-  
uini externi facilius pariter exercitia. Quia  
Modus

Modus colendi Deum praeceptus est in spiritu & veritate: ergo non per Sacra menta, non per Verbum Dei scriptum, aut praedicatum; non in psalmis & canticis; non per templa & organa. &c.

DICES. Hæc non sunt prohibita, sicut sculptile. Respondeo: Neque hoc omne censetur prohibitum Calvinistis: At vbi permisum est? vbi scriptum est? Vitulus autem expresse ac principaliter factus est in idolum contra Deum vnum: At imagines sunt ad maiorem Dei gloriam, laudandi etiam in Sanctis eius.

AD II. Idem de idolis ethnorum dico, ad honorem veri DEI tollendum factis, & usurpatis. Cassandra in eo errat manifeste, cum tis retro saeculis usum imaginum in Ecclesia testantibus.

## AD QVÆST. XC VIII.

An in templis imagines tolerari non possint que pro libris sunt imperita multitudinis?

CALVINUS Inst. I. 4. c. 9. § 9. negat. MINISTERIUM Catechesi negat. Suerit 1. ex supra dictis presuppositionis, & tanquam demonstratis. 1. Non licet in templis collocare imagines, i. Trinitatis; quia nec figurare eas licet. 2. Non Christi aut Sanctorum ratione Cultus diuini: quia sic nec eas facere licet. 3. Non eis, uti Pat. onorium templi aut loci, quia hoc manifesta idolatria est. 4. Nec Christi & Sanctorum imagines tolerari possunt in templis, que pro libris sunt populo: vix primus dicit Gregorius Papam sub annum 600. & sanctius Synodus vi. Generalis anno 680. & sub annum 730. scribit Damascenus Monachus.

2. Ratio. 1. Quia omnis imaginum usus in Cultu diuino simpliciter est prohibitus. 2. Deus vult Ecclesiam eruditum Prædicatione sui Verbi; non muris simulacris. 3. Nil valeret imago per se ad instruendum imperitum, nisi prius de re significata edictum; et si valcat ad reminiscendum. 4. Quia imagines sunt magis mendacii & vanitatis doctores, quam veritatis. Ierem. 1. 5. Eruditio vanitatum lignum est. Habac. 2. Mendacium est conflatile, vanitas sunt, & opus irrationum. &c.

3. Et Bellarmius I. 2. cap. 8. § 14 ait picture Dei vix sine periculo queunt imperitum exhiberi. Ergo falsum scribit cap. 10. § 8. Melius interdum docet pictura, quam scriptura. Sed bona est pictura illa concionatoria, Ga-

lat. 3. O infan. Galate, ante quorum oculos Christus prescriptus est: non in patribus, sed concionibus.

4. Pares arguantulum imaginum in diuino cultu. August. Epist. 49. quest. 3. & in Psalm. 113. Conc. 2. Origen. l. 4. cont. Celsum. Simulacula potius memoriam à Deo auertunt, & ad contemplanda terrena animi oculos detorquent. Polydorus lib. 6. c. 13. Eo infanis deuotum est, ut hac pietatis pars parum differat ab impietate. Sunt enim multi credidores, &c. qui imagines colant, non ut figuraros; sed perinde quia si ipsa sensum habeant, & in magis fidant quam Christo, vel Diuū, quibus dicata sint.

In Concilio Eliberitano, anno 305. cap. 36. Placuit picturas in Ecclesia non esse debere; ne, quod colistur & adoratur, in parietibus depingatur.

5. Ex nullis probatis autoribus probari potest in primitiva Ecclesia per annos 300. in templis imagines receptas fuisse. Epiphanius. epist. ad Ioan. Hieros. conspectam pro foribus templi in velo picturam Christi vel sancti scidit. Gentilium fuit eadem exceptio, ait Athanas. orat. contra gentes: imagines esse rudioribus pro elementis literarum; ut ita Deum inuisibilem agnoscere discant.

RESPONDEO ex Bellarm. lib. 2. de imagin. capit. 9. In templis collocari & tolerari debent Sanctorum imagines. 1. Quia, Exod. 25. & 3. Reg. 6. in templo, Iudeis licet ad idololatriam propensiissimis, erant imagines Cherubinæ.

2. Qui a primis quingentis annis fuerunt in templis: ut in calicibus, Christus ouem baulans, Tertull. lib. de pudicitia. Sozomen. lib. 5. c. 20. prodit, statuam Christi apud Paneadem, sub Juliano Apostata, fuisse ab Christianis introductam in templum. Eusebius lib. 3. & 4. in templis, per Palæstinam à Constantino extractis, magnam imaginum copiam fuisse. &c.

3. In Oriente Synodus VII. & VIII. generales tota sunt pro imaginibus: item in Occidente Conc. Rom. sub Gregorio III. Episcoporum fere mille, damnantium Iconomachiam haeticorum. &c. 4. Ratioque fuit; nec vna ibidem.

DICO AD I. Ex falsis nil nisi fallsum sequi necesse est: & talia sunt illa quatuor Ministri, ut liquet ex iam dictis, & doctis.

AD II. Ratio prima est simpliciter falsa. Liquet ex dictis: & patet ex istis apud Bell. lib. 2. c. 7: 1. Quia, Exo. 25. iussit Deus fieri Cherubim super arcam;